A. D. 1894

CURRENDA V.

W sprawie X. Stanisława Stojałowskiego

Kurrenda II. Konsystorza Metropolitalnego we Lwowie ogłasza jak następuje:

Nr. 923. Provocando ad litteras Nostras de die 4. Decembris 1893, N. 5368, publicatas per Currendam Nr. 30 notificamus hisce AA. RR. Rectoribus Ecclesiarum parochialium et conventualium, latam contra sacerdotem Stanislaum Stojałowski censuram suspensionis, ulterius in vigore suo perdurare, hucdum enim non probavit, se iniunctas ipsi triduanas recollectiones peregisse.

Leopoli, 7. Martii 1894.

Kurrenda III. tegoż Konsystorza Metropolitalnego donosi:

Nr. 1176. Per litteras Nostras de die 4. Decembri 1893. N. 5368 *(Nr. Curr. 30. pag. 34.)* notificavimus A. RR. DD. Rectoribus Ecclesiarum parochialium et conventualium Stanislaum Stojałowski Presbyterum saecularem hujatis Dioecesis ad tres menses a 28. Novembris 1894 numerando a divinis suspensum extitisse. Quia vero memoratus Sacerdos recusavit adimplere conditionem ipsi injunctam fine lucrandae cessationis decretae contra ipsum censurae suspensionis, hinc et suspensio in vigore suo hucdum perdurat, ut Venerabili Clero Nostro ex litteris de die 7. Martii 1894, Nr. 923, (*Curr. Nr. 10.*) notum est.

Quum tamen dictus Sacerdos Stanislaus Stojałowski nullo habito respectu ad latam contra ipsum et hucdum perdurantem suspensionem a divinis, Romae nuperrime commorando modo subreptitio ab Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Cardinali Vicario Urbis facultatem obeundi Sacra munia Romae impetraverit, Illustrissimus ac Reverendissimus Episcopus Noster Auxiliaris recte tunc temporis Romae degens, ad praelaudatum Eminentissimum D. Cardinalem Vicarium Urbis direxit libellum sequentis tenoris:

Eminentissime Princeps!

Stanislaus Stojałowski, Sacerdos Archidioecesis Leopoliensis, parochus olim Kulikoviensis, legitime ab Ordinario suo Archiepiscopo suspensus, his diebus Romam venit, ac oblata schedula commendatitia cujusdam extranei Reverendissimi Episcopi obtinuit licentiam celebrandi, qua licentia facillime abuti poterit contra suum Ordinarium. Di-

gnetur igitur Eminentia Vestra ad praecavendum dolum declarationem mihi remittere, dictum sacerdotem Romae celebrasse, absque legitima licentia, nam obtenta subreptione.

Romae, die 11. Martii 1894. † *Joannes Puzyna* Episcopus Auxiliaris Leopol.

Ad praecitatas litteras vero Eminentissimus ac Reverendissimus D. Cardinalis Vicarius Urbis reposuit verbotenus sequentia:

„Ex Aedibus Vicariatus die XI. Martii 1894. Oratoris Reverendissimi precibus annuentes, praefato Sacerdoti Stanislao Stojałowski *facultatem semel indultam auferimus* sacra munia in hac *Alma Urbe obeundi, eumque jubemus abhinc discedere, votis additis pro ejus resipiscentia*".

L. S. *L. M. Card. Vicarius.*

Praesentem declarationem Eminentissimi D. Cardinalis Vicarii Urbis communicamus hisce cum Venerabili Clero Nostro eo praesertim fine, ne quis Confratrum commenticiis argumentis, recentissimis praesertim temporibus contra vim latarum per legitimos singularum Dioecesium Pastores censurarum ecclesiasticarum aliarumque pro munere suo pastorali legum dioecesanarum in quibusdam foliis publicatis se fallere sinat.

Leopoli, die 17. Martii 1894.

Nr. 1178. Sub praes. 16. Martii 1894 obtinuimus ab Illustrissimo ac Reverendissimo Praelato *Francisco della Volpe* Domui Pontificiae Praeposito litteras sequentis tenoris:

Ex Aedibus Vaticanis 9. Martii 1894.

AMPLISSIME DOMINE!

Jam anno superiore rumor ad me pervenit, Leopoliensem Presbyterum latini ritus Stanislaum Stojałowski, decreto Amplitudinis Tuae a divinis suspensum fuisse. Et quoniam hic rumor spernendus profecto haud erat, ne puncto quidem distuli nomen presbyteri illius abradere ab Indice *Capellanorum Intimorum ad honorem Sanctitatis Suae* in Libro cui titulus „La Gerarchia" uti videre est in nova eiusdem editione.

Dolendum sane, presbyterum hunc suspensionem a divinis modo violare aliisque agendi rationibus, peritus improbandis, indulgere cum maximo catholici Sacerdotii dedecore. Licet qui talia committit facinora honoribus, distinctionibus, privilegiis, si quae habet a Romano Pontifice concessa, ex sese quodammodo abdicare videatur quin opus sit sententia in eum animadvertere (agitur enim de honorificentiis quae omnino personales sunt et tamdiu vigere censentur, quamdiu qui eisdem gaudet, *vitae honestate, morum suavitate, integritate doctrinae et praesertim debitis erga legitimos Superiores obedientia et veneratione, sese commendabilem exhibet*) attamen ne Presbyter Stanislaus Stojałowski diutius Christifidelibus illudat titulo et insignibus Capellani Intimi ad honorem Sanctitatis Suae, hisce meis litteris eum ab huiusmodi titulum et insignia deferendi iure penitus decedisse significo et a tabulis horum Capellanorum in Archivis Praepositi Domui Pontificiae existentibus *eius nomen fuisse deletum, suffecta factorum adnotatione.*

Haec cum Amplitudine Tua communico ut pro opportunitate eis uti valeas. Et libenter nactus hanc occasionem omnia Tibi a Domino fausta feliciaque adprecor et benevolentiae Tuae me commendo.

Communicando cum Venerabili Clero per extensum precitatas litteras, injungimus A. RR. DD. Decanis ac Rectoribus Ecclesiarum parochialium, ut pro casu, si deprehenderint Stanislaum Stojałowski uti titulo vel insigniis inservientibus Capellanis intimis ad honores Suae Sanctitatis, de eiusmodi abusu praedicti Sacerdotis Nos certiores reddant.

† *Severinus Archiepiscopus.*

Co Wielebnemu Duchowieństwu do wiadomości i ścisłego zastósowania się udzielamy.

BREVE APOSTOLICUM

DE CANONICIS HONORARIIS.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Illud est proprium humanarum institutionum et legum, ut nihil in eis sit tam bonum atque utile, quod vel consuetudo non mutet, vel tempora non invertant, vel mores non corrumpant. Sic in militanti Ecclesia Dei, in qua cum absoluta ac perpetua immutabilitate doctrinae varietas disciplinae coniungitur, non raro evenit ut, quae olim iure meritoque in honore et in pretio habebantur, aliquando obsolescant, et quae bona in instituto erant, ea labens aetas faciat deteriora. Sub prima Ecclesiae exordia, cum sensus Christi in hominum mente arctius insidebat, Episcopus, quibus summa rerum gerendarum commissa erat, delectos Sacerdotes sibi socios addidisse memoriae traditum est, quorum consilio et ministerio in gravioribus Ecclesiae negotiis uteretur. Hi Sacerdotes, Assessores et quasi Episcopi Senatus, Canonici dicti sunt, ex eo quia in observandis regulis Ecclesiasticis cautiores et diligentiores erant ceteris, et eam vitam vivebant, ut mensuram nominis implerent. Quamobrem pro certo habendum est ad conservandam Ecclesiasticam disciplinam, Canonicorum dignitates ab initio fuisse constitutas ita, ut qui eas obtineret, id haberet oneris, ut opera et officiis adiuvaret Episcopum, et in iis quae pertinent ad cultum et ad mores, sese tamquam exemplar clericis inferioribus impertiret. At temporibus nostris nonnulli sunt, qui pristinae institutionis immemores, Canonicorum collegia tamquam honoratorum ordines esse autumant, in quibus nullum onus, sed dignitatis tantum et honoris tituli inhaereant. Ex quo fit ut, cum humanum sit onus defugere, honores et dignitates appetere, non parvus sit numerus eorum, qui studeant, saltem honoris causa, inter Canonicos cooptari. Multae quidem ac plenae querelarum datae sunt ad nos litterae ab Episcopis, qui aegre ferunt honoribus et dignitatibus inhiare eos, qui sacerdotio aucti, deberent „aemulari charismata meliora, terrena despicere, et nonnisi in „Cruce Domini Nostri Iesu Christi gloriari.“ Sacerdotes autem huiusmodi, *plerique iuniores, qui parum vel nihil in Ecclesiae bonum contulerunt*, tamquam tirones gloriosi veteranorum insignia atque ornamenta virtutis praemia

appetentes, *externos circumeunt Antistites*, ut ab iis honoris insignia titulosque, *a suis negatos, extorqueant*. Nos, qui dignitatis insignibus eos potissimum honestandos censuimus Sacrorum administros, *qui pietatis et doctrinae laudibus ceteros antecellunt*, deque re christana egregie sunt meriti, hanc super rem admonitiones Apostolicas atque instructiones, nominatim die decimo sexto mensis Septembris anno MDCCCLXXXIV. per Sacram Congregationem Tridentini Concilii interpretem ac vindicem dedimus. Quum vero hisce diebus complures Sacrorum Antistites gravius conquesti sint eiusmodi honores, qui merentibus praemio, ceteris incitamento virtutis esse debent, non raro ipsis *Ordinariis insciis*, atque interdum *haud dignioribus* conferri; Nos, quo in posterum quilibet in tali re abusus auferatur, rogata Sacrorum Rituum Congregationis sententia, suprema Auctoritate Nostra statuimus, decrevimus: I. Episcopus, seu Ordinarius, ecclesiasticum quempiam virum *alienae dioeceseos Canonicum ad honorem nominaturus, praeter Capituli sui consensum, Ordinarii, cui nominandus subiicitur, notitiam et votum obtineat*, eumdemque Ordinarium insignia edoceat ac privilegia, quorum usus nominando tribueretur. II. Canonici ad honorem extra dioecesim in qua nominati sunt, degentes, numero sint tertia parte minores cunctis Canonicis a Pontificis Constitionibus respectivae Basilicae, sive Ecclesiae Metropolitanae, aut Cathedrali, vel Collegiatae adsignatis. III. Canonici ad honorem alicuius minoris Basilicae, vel Ecclesiae Collegiatae almae Urbis nominati, privilegiis et insignibus uti *possunt tantum intra respectivae Basilicae vel Collegiatae, eiusque Filialium Ecclesiarum ambitum*, ubi Canonici de numero iisdem fruuntur. Qui vero alicuius Metropolitanae, vel Cathedralis, aut Collegiatae Ecclesiae, seu Basilicae minoris extra Urbem Canonici sunt ad honorem, privilegiis et insignibus tantum utantur *in Dioecesi ubi nominati sunt*, nullo modo extra illius territorium. IV. Haec omnia serventur quoque a Canonicis ad honorem usque ad hanc diem nominatis. Ita volumus, edicimus, decernentes has litteras Nostras firmas sartasque uti sunt, ita in posterum permanere: irritum vero et inane futurum decernentes si quid super his a quoquam contigerit attentari: non obstantibus Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis de iure quaesito non tollendo, et quibusvis specialibus vel generalibus Apostolicis Constitutionibus ac Privilegiis, gratiis et indultis, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, et Litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus ac formis, et cum quibusvis clausulis et decretis quibusvis Capitulis, Collegiis ac etiam peculiaribus personis quacumque ecclesiastica dignitate pollentibus, quocumque tempore etiam per Nos concessis, nec non quibusvis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse de Apostolicae potestatis plenitudine derogando, ac derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium quomodolibet facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Januarii 1894. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

M. Card. Rampolla.



Uwagi nad różnemi pytaniami i wnioskami omawianemi na kongregacyach dekanalnych w r. 1893.

Podobnie jak roku zeszlego, nadmieniamy i w obecnem zestawieniu i rozbiorze różnych spraw, poruszanych na kongregacyach dekanalnych, że się te kongregacye odbyły wszędzie, nie wyjąwszy ani jednego dekanatu; że kondekanalni, z małymi tylko wyjątkami, nie zaniedbali wziąć udziału w tych pożytecznych zebraniach, i że nareszcie przeznaczone temata opracowali wszyscy do tego prawem zobowiązani. Idąc za porządkiem alfabetycznym wymieniamy:

1. Dekanat Bobowski; wprawdzie odbył przepisaną kongregacyę, ale na niej żadnego nie postawiono wniosku, ani żadnej żywotniejszej nie poruszono sprawy.

2. Dekanat Bocheński, jak po inne lata tak i tą razą miał sporo materyału do omówienia. Wyjmujemy sprawy ważniejsze, których sama dekanalna kongregacya załatwić nie mogła. Na postawione pytanie, czy wikaryusz ma obowiązek odprawiania msze fundacyjne w tym razie, jeżeli pobiera płacę w zupełności lub w części od swojego proboszcza, odpowiadamy twierdząco i to z następujących powodów: msze fundacyjne, które ciążą na pewnym beneficyum czy z tytułu erekcyi, czy na mocy osobnych legatów mszalnych, dochodem jaki przynoszą, przyczyniają się do dotacyi proboszcza; jeżeli tedy proboszcz swojemu wikaremu wypłaca pensyę całą lub część takowej, w takim razie dzieli się z nim dochodami, jakie mu beneficyum przynosi, a więc słuszność i sprawiedliwość wymagają aby wikary w tym wypadku odprawił także odpowiednią liczbę mszy fundacyjnych, a to tem bardziej, jeżeli ani co do dochodów *ex juribus stolae* ani co do zapłaty za wikt na swojego proboszcza narzekać nie potrzebuje. Do prośby, aby wolno było, począwszy od 1 maja do 1 września, we mszach wyjąwszy *duplex I et II classis*, dodawać kolektę o deszcz lub pogodę, *prout visum vel necesse fuerit*, Konsystorz Biskupi przychylić się nie może; tego rodzaju bowiem fakultatywne zezwolenia nie są zgodne z dotychczasową praktyką kościelną, która oprócz oracyj rubrycelą wskazanych przypuszcza tylko jeszcze orationem imperatam. Mógłby Konsystorz Biskupi w mowie będące oracye o deszcz lub pogodę nakazać brać jako *orationem imperatam*, ale z uwagi, że mamy już *orationem imperatam pro rege* (na Sumie) i drugą *pro Papa*, należy powstrzymać się od innych. Zresztą mogą kapłani *in semiduplici* brać stósowne kolekty, a nawet osobne odprawiać wotywy, lub urządzać wspólne modły i procesye na uproszenie błogosławieństwa bożego dla urodzajów. Do zachowania postu w wilią patrona miejscowego dzisiaj wiernych ściśle obowiązywać nie można, bo Klemens XIV. konstytucyą: *Paternae charitati* 22. czerwca 1771. zniósł w całej Austryi święta patronów miejscowych, przenosząc post poprzedzających wigilij na środy adwentowe. — Wniosek jednego z XX. kondekanalnych, aby wyjednać stósowne wynagrodzenie dla każdego kapłana, który w szkołach zamiejscowych udziela nauki religii przez 8 godzin tygodniowo, z uwagi że drugie tyle czasu traci udając się tam i napowrót, Konsystorz Biskupi uważa za słuszny, lecz zarazem do spełnienia za trudny.

3. Na kongregacyi **Dekanatu Brzeskiego** wyrażono życzenie, aby wszyscy ci duszpasterze, których beneficyum stoi niżej kongruy, byli zwolnieni od obowiązku aplikowania mszy św. za parafian *in festis abrogatis.* Na to odpowiedź, że według osnowy odnośnego upoważnienia otrzymanego z Rzymu, nie może Ordynaryat Biskupi dyspenzować tu *generaliter*, lecz *de casu ad casum*, czyli że każdy duszpasterz, któryby chciał ze wspomnianej dyspenzy korzystać, powinien wnieść osobno umotywowane podanie do Ordynaryatu Biskupiego.

4. Ta sama odpowiedź dotyczy **Dekanatu Czchowskiego**. gdzie również na kongregacyi wyrażono podobne, a nawet dalej sięgające życzenie. Wniosek, aby przy oddawaniu temporaliów prócz c. k. komisarza był jeszcze obecny i geometra rządowy, oraz żeby na chrzestnego 'ojca z obcej parafii nie przypuszczać nikogo, kto nie ma w ręku świadectwa moralności od właściwego proboszcza, należy policzyć *na karb zbytku gorliwości.* Słuszność się zaś przyznaje kondekanalnym, jeżeli im chodzi o honor kapłański i o zachowanie tegoż przy współubieganiu się o beneficyum *privatae collationis*, tylko że Konsystorz Biskupi innej już procedury nad dotychczas praktykowaną w tej mierze zaprowadzać nie może.

5. Zgromadzonym na kongregacyi **Dekanatu Dąbrowskiego** należy się ta uwaga, iż upomnienie konsystorskie, zamieszczone w Kur. XVII. z r. 1892 nie dotyczy tych rządców parafij, którzy w protokóle przedślubnym pilnie dochodzą przeszkód małżeńskich, lecz takich, którzy nie zadając sobie wiele pracy odsyłają petenta wprost do Konsystorza Biskupiego, chociaż się nie zaprzecza, że się trafiają i tacy petenci, którzy doznawszy odmowy u swojego duszpasterza *ob defectum causae canonicae*, szukają lepszego szczęścia albo u pokątnego pisarza lub w kancelaryi biskupiej. W obec obawy wyrażonej przez kondekanalnych, że najnowsze przepisy szkolne, wymagające wspólnego porozumienia pomiędzy katechetą względnie miejscowym duszpasterzem a kierownikiem szkoły co do modlitw szkolnych, pieśni i uczęszczania na nabożeństwa kościelne, mogą dać powód do obustronnych zajść, odpowiadamy, że takie wspólne porozumienie jest koniecznem dla dobra szkoły i że w razie nieporozumienia się musiałby dotyczący kapłan odnieść się z tem do swojej przełożonej Władzy, t. j. do Konsystorza Biskupiego. Nad wnioskiem zmierzającym do wyrobienia duchowieństwu parafialnemu osobnego wynagrodzenia za udzielanie nauki religii, z uwagi że szkół coraz więcej przybywa, musimy niestety przejść do porządku dziennego.

6. Na kongregacyi **Dekanatu Kolbuszowskiego** omawiano wiele spraw ważnych i pożytecznych, jak np. o jednostajności w nabożeństwie publicznem, o towarzystwie wzajemnej pomocy kapłanów, o dokładnem zapisywaniu w osobnej księdze składek i innych ofiar pochodzących od parafian i o wydawaniu tychże na rozmaite kościelne cele, o utrzymywaniu porządku i schludności w domu bożym, o posyłaniu podwodów na katechizacye i do zaopatrywania chorych, o wczesnem przeprowadzaniu egzaminu z nowożeńcami — że jednak nie postanowiono żadnego pozytywnego wniosku, Konsystorz Biskupi ogranicza się na zatwierdzeniu tych pożytecznych dla duszpasterstwa zdań, jakie tam wyrażono.

7. ***Dekanatowi Limanowskiemu*** w sprawie przysyłki efektów wartościowych winkulowanych odpowiada się pisemnie drogą urzędową. Postanowili także kondekanalni prosić Konsystorz Biskupi o wyjednanie u wys. c. k. Namiestnictwa, żeby c. k. Starostwa przysyłały Urzędom Parafialnym druki potrzebne do wykazów szczepienia ospy. Odpowiedź: Konsystorz Biskupi zwracał się roku zeszłego z prośbą do Wys. c. k. Namiestnictwa w podobnej sprawie, lecz bezskutecznie. Bardzo dobrą uchwałę powzięła kongregacya, ażeby wnioski, zanim będą na wspólnem zebraniu postawione, pierwej były przesłane do Urzędu Dziekańskiego, który je kondekanalnym udzieli do wczesnego i dojrzałego zastanowienia się nad niemi.

8. Kongregacya ***Dekanatu Łąckiego*** nie była pewną co do postępowania *in foro conscientiae* z takimi, którzy na misyach ślubowali wstrzymywać się zupełnie od rozpalających trunków, lecz albo w chorobie, albo wśród wielkich mrozów lub też przy ciężkiej pracy odważyli się niekiedy pomódz sobie umiarkowanem użyciem podobnego napoju. Odpowiedź: Gromadne ślubowanie na misyi należy brać tylko za *proste postanowienie* wstrzymywania się od rzeczonych napojów, a zatem spowiednicy nie mogą zaniepokajać sumienia penitenta w tym wypadku, jeżeliby po takiem wrzekomem ślubowaniu, ze słusznej do tego przyczyny, jak choroba, zimno i ciężka praca, wypił w małej ilości trunku rozgrzewającego.

9. ***Dekanat Mielecki*** na swojej kongregacyi żadnego nie postawił wniosku.

(*Dalszy ciąg nastąpi*)

N. 946.

Potwierdzenie odbioru pieniędzy zebranych w Dyecezyi na cel Missyj katolickich za lata 1892 i 1893.

Hochwürdigstes Bischöfliches Ordinariat!

Das fürsterzbischöfliche Ordinariat beehrt sich mit dem verbindlichsten Danke den Empfang des geschätzten Schreibens vom 20. Febr. 1894 Z. 803 welchem Eintausend Gulden und zwar 300 Gulden für die Kindheit Jesu, 200 fl. für Australien, 200 fl. für Afrika, 100 fl. für Jerusalem, 100 fl. für den Severinus-Verein und 100 fl. pro † Antonio Wieczorek (China) beigeschlossen war, zu bestätigen.

Wien, am 2. März 1894. *Ed. Angerer* Vic. gen.

N. 958.

„Dzieje Apostolskie“ X. Jana Milczanowskiego.

Opowiedział je ks. Jan Milczanowski, profesor Teologii w Seminaryum duchownem w Przemyślu. Sposób opowiadania tem różni się od innych, że cały jest przeprowadzony w kształcie rozmówek, w które Autor zręcznie wplata różne naukowe wyjaśnienia i moralne nauki. Dziełko to opracowane gruntownie, napisane stylem gładkim i potoczystym, może stać się bardzo przyjemnem i pożytecznem do czytania w każdym kółku rodzinnem, gdzie oświata znachodzi się na wyższym stopniu. Można je nabyć u Autora płacąc za egzemplarz broszurowany ***1 złr. 50, ct.*** w gustownej oprawie ***1 złr. 70 ct.***, na lepszym papierze i w oprawie ozdobnej ***2 złr.***

Wykaz składek na restauracyę katedry

za 1. kwartał r. 1894.

Kler miasta Tarnowa złożył 397 złr. — Kler Dekanatu *Bobowskiego* 175 złr. — Dekanatu *Bocheńskiego* 12 złr. — Dek. *Brzeskiego* 39 złr. 36 ct. — Dek. *Czchowskiego* 42 złr. — Dek. *Dąbrowskiego* 67 złr. 20 ct. — Dek. *Łąckiego* 60 złr. — Dek. *Mieleckiego* 94 złr. — Dek. *Nowo Sandeckiego* 5 złr. — Dek. *Radłowskiego* 67 złr. — Dek. *Radomyskiego* 56 złr. — Dek. *Tuchowskiego* 27 złr. — Parafie: *Rzezawa* 2 złr. 88 ct. — *Czchów* 7 złr. 24 ct. — *Uszew* 3 złr. 40 ct. — *Pleśna* 4 złr. 6 ct. — *Pstrągowa* 5 złr. 50 ct. — *Szczurowa* 8 złr. — *Poremba radlna* 2 złr. 72 ct. — *Chełm* 9 złr. 33 ct.— *Towarzystwo asekuracyjne w Krakowie* za IV. kwartał r. 1893 83 złr. — *p. Maurycy Grünberger*, żyd z Tarnowa 2 złr. — *p. Jan Wilczyński* z Brzeska 10 złr. — *Ze sprzedaży książek X. kan. Tylki* 215 złr. 10 ct. — *p. Anastazya Brosz* 1 złr. — Razem = ***1395 złr. 79 ct. a. w.***

Mutationes inter Venerabilem Clerum

inde a 15 Januarii ad 31 Martii 1894.

Decorati Expositorio can. *Jacobus Gurka*, Prof. Historiae eccl. in Seminario dioec. — *Josephus Dutka*, Paroch. de Piotrkowice, *Joannes Wiejaczka*, Paroch. de Paleśnica et *Jacobus Krogulski* Par. de Żdżarzec — *Ladislaus Dobrowolski*, constit. administrator in Nowe Rybie; *Eugenius Wolski*, Parochus in Dembica, nomin. Decanus foraneus ac Commissarius Episcopi ad causas matrimoniales nec non clericorum disciplinares ac criminales per Decanatum Ropczycensem—*Adam Gryl* translatus e Jurków ad Siedliska et *Josephus Kapturkiewicz*, transl. e Siedliska ad Bogusz. — *Adolphus Albin* institutus ad Beneficium cur. de Szczawnica, et *Joannes Drożdż*, Administr. in Szczawnica applicatus ad Ecclesiam Cathedralem — *Adam Kurkiewicz* translatus e Stary Wiśnicz ad Dąbrowa et *Josephus Krośninski* nomin. Catechista in Strusina ad Tarnów— *Franc. Rączka* e Trzciana ad Stary Wiśnicz; *Casimirus Salewski*, e Zasów ad Borowa; *Joannes Mirecki* e Borowa ad Łączki — *Adalbertus Guzik* e Łączki ad Zasów.

E Consistorio Episcopali.

Tarnoviae, die 28 Martii 1894.

IGNATIUS
Eppus.

Stanislaus Walczyński
Vic. Gen. Cancellarius.

W drukarni Józefa Styrny w Tarnowie 1894. Nakładem Kleru Dyecezalnego.